



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia  
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,  
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

**Canisius, Heinrich**

**Coloniae Agrippinae, 1662**

XXIII. De religiosis domibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

municati, eo jure utimur, ut prius reconciliari ab Episcopo debeat per aspergitionem aquæ cum vino & cinere benedicto, quam divina officia in ea resumî possint, ut videre est in cap. 4, 7, 9, &c., fin ext. de conf. Eccles. e, 5, De adult. c, 1, De confess. in 6, can. Si motum, cum can. seq. de consecr. dist. 1, Pontificiale Rom fol 152. a

§. 9, Per Ecclesiæ pollutionem & cœmeterium polluitur, non è contraria.

Planè pollutâ Ecclesiâ similiter & cœmeterium illi coniunctum pollutum intelligitur, non è contraria, ne minus dignum majus, aut id quod accessorium est, trahat ad se principale, c. unico de cons. in 6, junctio c, Accessorium De R, l, m 6.

§. 10, De Ecclesiæ refectione & dedicatione.  
Refectio vero Ecclesiæ ab eo præstanda est, qui obtinet beneficium ejusdem Ecclesiæ, cap. 1, Ext. De Eccles. adis adhibitam ramen moderatione Conc. Tridentini: ad quam lectorum brevitatis causâ remittimus, Sess 21, in decreto de reform. Dedicatio vero Ecclesiæ singulis annis recolenda est; exemplo Christi Salvatoris, can. Solemnitas de consecr. dist.

Notatio in Tit. 22.

a Hoc receptum est in terrorem delinquentium; unde propter occultam pollutionem Ecclesiæ reconciliationem non indiget. Panormit ad c. 4, num. 5, Ext. Decollat. Eccl. Vide latius Mart. Navarr. in Manuali cap. 27, n, 256, cum scqq.

## DE RELIGIOSIS DOMIBVS.

### TITULUS XXIII.

§. 1. Qua dicantur Domus religiose.

**R**eligiosas domos appellamus Monasteria & Hospitalia, quæ pietati exercendæ ex professo dedicata sunt, & plerumque Ecclesiæ coherent, sicut Ext. & in 6, De relig. domib. Monasteria & Ecclesiæ cui subjelta sint.

Monasteria illi Episcopo subjecta sunt in cuius diœcesi sunt sita; sicut & omnes Ecclesiæ ejusdem diœcesis, can. Quidam cum c, seq. can. Monasteria xxii, q. 2, can. Qui verè xvi, q. 1, nisi monasteria vel Ecclesiæ exempta sint privilegio aut præscriptione legitima 40. annorum, can. Omnes basilica xxv, q. 7, Cum persona 7, Deprivileg. lib. 6, esp. Cum venerabilis 7, cum cap. seq. Ext. Dereleg. dom. cap. Auditio 15, cap. Cum olim 18, cum c, seq. Ext. De præscripto.

§. 3, Exemptio quoque se extendat.

Uttamen privilegium exemptionis à jurisdicione Episcopi ad loca exempta restringatur, & non ultra producatur, cap. Porro 7, cap. 3, in fine, & cap. Petifiss 20, Ext. De priv. siquidem privilegium juri communii derogans strictè accipendum est, cap. 1, in fine Desiliis presbyt. in 6, c, Qua à iure De regulis juris in 6, Quo sit, ut si exempti in loco non exempto contrahant aut delinquant, vel res, de qua agitur, extralocus exemptione sita sit, ibidem exempti rectè convenientior, neque revocandi dominum ius habeant, per text. in c,

1, de privil. lib, 6, juncta ibi glos Idem judicium est, de Parochiis & capellis exempto Monasterio subjectis vel unitis, c, Ex ore 17, ext. Deprivil. t, 1, Dereleg. dom. c, Per exemptionem 9, Deprivil. in 6, Nisi & in his legitimè præscriptum sit Episcopali bus juribus, aut privilegio derogatum, d, c, Auditio & cap. Cum olim Quibus consequens est, ut Monachi, qui ab exemplo monasterio ad Prioratus Ordinario subjectos transmittuntur, ibidem Ordinarii jurisdictione subsunt, cap. 1, §, fin. De priv. in 6, addo omnino Conc. Trid. sess. 7, cap. 14, 1, reform.

De Hospitalibus.

Hospitalia ab hospitibus piè excipiendis & tractandis dicuntur; quæ pro hospitum varieteate varia quoquoniam fortiuntur. Alia enim sunt Xenodochia, quibus peregrini; alia Gerontocomia, quibus senes; alia Brephotrophia, quibus egentium infantes; alia Nosocomia, quibus ægroti excipiuntur; alia denique Prothotrophia, in quibus pauperes aluntur, can. In qualibet xiii, q, 8, l. Illud 17, l. Sanctimus, c, de sacros Eccles. Et hæc similiter Episcopo loci subjecta sunt, cap. 3, c, 4, Ext. De relig. domib. dummodi ejus auctoritate hoc extricula, d, c, 4, neque exempta doceantur, c, 1, Dereleg. dom. in Clement. De quorum administratione latè Concilium Vienense, d, Clement. & Tridentinum, sess. 7, cap. 15, & sess. 22, c, 9, & sess. 25, cap. 4, de reform.

DB